inuesit virginis claustra pudoris
manet vexilla virtutum micant
versatur in templo deus. Procedens de
thalamo suo pudoris aula regia
gemine gigas substantie alacris ut
currat viam. Egressus eius a patre
regressus eius ad patrem excursus usque
ad inferos recursus ad sedem dei.
Equalis eterno patri carnis tro-
pheo accingere infirma nostri corporis
virtute firmans perpetim. Presepe iam
fulget tuum lumenque nox spirat no-
vum quod nulla nox interpolet fideque
iugi luceat. Deo patri sit gloria eiusque
soli filio cum spiritu paraclito et nunc et
in perpetuum. amen. Ad nocturnum.
Verbum supernum prodiens a patre
olim exiens qui natus orbi subve-
nis cursu declivi temporis. Illumina
nunc pectora tuoque amore concrema
audito ut preconio sint pulsa tandem
lubrica. Iudexque cum post aderis ri-
mari facta pectoris reddens vicem
pro abditis iustisque regnum pro bonis
Non demum arcemur malis pro qua-
litate criminis sed cum beatis compotes
simus perhennes celibes. Laus hor.
Vox clara ecce Ad laudes.
intonat obscura queque incre-
pat pellantur eminus somnia ab
ethere Christus promicat. Mens iam re-
surgat torpida que sorde extat sau-
cia sidus refulget iam novum ut tollat
omne noxium. E sursum agnus mittitur
laxare gratis debitum omnes pro in-
dulgentia vocem demus cum lacrimis.

Secundo ut cum fulserit mundumque hor-
ror cinxerit non pro reatu puniat sed
pius nos tunc protegat. Laus hor.
In nativitate domini ad nocturnum.
Agnoscat omne seculum venisse
vite premium post hostis asperi iugum
apparuit redemptio. Ysayas que
predixit completa sunt in virgine annun-
ciavit angelus sanctus replevit
spiritus. Maria ventre con-
cepit verbum fideli semine
quem totus orbis non baiu-
lat portat puelle viscera
Radix yesse iam floruit et vir-
ga fructus edidit fecunda partum
protulit et virgo mater permanet
Presepe poni pertulit qui lucis au-
ctor extitit cum patre celos condidit
sub matre pannos induit. Legem
dedit qui seculo [decem] precepta sunt
dignando factus est homo sub legis esse
vinculo. Adam vetus quod polluit
adam novus hoc abluit tumens
quod ille deicit humillimus hic erigit
Iam nata lux est et salus fugata
nox et victa mors venite gentes
credite deum maria protulit. Deo patri.
Christe redemptor Ad laudes.
omnium ex patre patris unice solus
ante principium natus ineffabiliter
Tu lumen tu splendor patris tu spes
perhennis omnium intende quas fundunt preces
tui per orbem famuli. Memento salutis
auctor quod nostri quondam corporis ex illi-
bata virgine nascendo formam sumpseris
Hec presens testatur dies currens.